



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Monialium cura in temporalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

cum Officio Monialium in Choro, sed ritu Romano, qui Romano vntunt Breuiario, & Missa sumpta de Communi, si propria non habetur in Missali Romano. Congr. R. 20. Non. 1628.

34. Annum stipendium certa summa pecuniae datur, nisi Episcopus eius loco dari triticum, vel vinum concesserit. Pro. 4.

35. Nihil accipiant, etiam quod vsui sacro deseruant, neque quid elaboratum, ac ne laborem quidem, opusue, quod in vestibus faciendis ponitur. *ibid.*

36. Neque ab villa, nisi a Praefecta, seu ea, quae sacrificia præst, celebrandi Missas manus suscipiant. *ibid.*

37. Neque colloquuntur cum Monialibus sine licentia in scriptis, nisi cum ijs, quæ sacrificia præst, & de refectione, ad totam Ecclesiam. Pro. 1.

38. Concionatores dentur apti saltem bis in singulis mensis ad cancellos, collectori, vel Ecclesia. *ibid.*

39. Neque ijs licet cum Monialibus separati loqui. *ibid.*

*V. Missa. num. 8. 21.*

#### A D D I T I O.

1. Non licet Generali audire confessiones Monialium sui ordinis sine deputatione speciali Episcopi. Congr. Conc. 13. Nouemb. 1627.

#### Monialium cura in temporalibus.

1. Moniales ea, quæ vigore instituti sui bona stabilia non possederunt, in posterum ea possunt retinere. Congr. Episc. 28. Martij 1588.

2. Omnia bona mobilia, & immobilia Cœtui incorporerunt. Trid. 15. c. 2.

3. Administratio bonorum sit penes officiales tantum, & haec sunt amouibiles. *ibid.*

4. Mobilium usus sit pro necessitate cuiusque, & iuxta statum paupertatis, quam profidentur. *ibid.*

5. Quæ in his deliquerit biennio voce activa, & passiva priuata sit. *ibid.*

6. Quidquid acquisierint, ad Abbatis fam deseruntur quæ in primis subueniat arbitrio suo, necessitatibus illius, cuius

opera vel contemplatione sunt res datae : reliquum convertatur in usum communem. Decisum referunt DD. apud Barbos. alleg. 103. num. 3.

7. Si ære alieno grauare non habent unde vivant, vestiantur, adstringantur parentes, & consanguinei usque ad secundum gradum, necnon hæredes bonorum, eorumdem parentum ad ijs subuenientium. Congr. Episc. 1562.

8. Prædia locentur, sub hasta auctione facta, nisi aliud magis expediat. Pro. 4.

9. Ne cogantur Moniales contribuere aliquid Seminario, si beneficia non sint eis vnitæ. Congr. Episc. 1593.

10. Si quæ fiant alienationes, monatur Episcopus. Pro. 4.

11. Inventarium bonorum, & iuriuum in Archiuio Episcopali asseruetur. *ibid.*

12. Non possunt Ordinatij deputare religiosus particulares cuiuscumque gradus in administratores bonorum Monialium Congr. Episc. 22. Aug. 1605.

13. Procuratores Monialium quolibet triennio mutari debent. eadem 31. Iunij 1615.

14. Idem quotannis suæ administratio rationem reddant. Pro. r.

15. Praefecta quoque deputatis curatoribus. *ibid.*

16. Eadem neminem admittat ad monasterij procreationem, vel famulatum, quem non probabit Episcopus. *ibid.*

17. Et eodem modo eligantur medici, tonsores, & alij ministri. *ibid.*

18. Translata Moniali ad aliud Monasterium pro eiusdem gubernatione, non licet transferre fructus dotales. Congr. Episc. 9. Octob. 1618.

19. Fugitiua Moniali inter Connivitas deposita, dentur monasterio Connivitarum bona illius, sed post eius obitum priori monasterio restituantur. Pro. 6.

*V. Monialum clausura. n. 22. 35.*  
*Monialum communes leges n. 34. 35. 36.*

*Monialum officiales. m. 37. 38.*  
*Munerum largitio per totum Regul. iura in ordine ad Moniales. n. 14. 15. 16.*

#### Monitoria.

*V. Excommunicatio.*

168-